do vero utramque intellexit esse
licitum, manibus plaudens cum
hylaritate dicebat: Bene nobis,
modo securo comedemus et libemus.
Tempore quodam evenit, ut mari-
tum sequens ad magnam dietam
non invenires cibos, quibus sana
conscientia uti auderent, nisi tan-
tum panem grossum, nigrum
et durum, quem in aqua simplici
sed calefacta mollificans come-
debat. Hoc enim prandio illa
die cum suis contenta est, quia
die sabbati jejunabant. Et sic
male refecti equitabant eodem die
octo milliaria theutonica, que
large faciunt quadraginta ita-
lica. Propter hujusmodi singu-
laritatis tam ipsa fecit, quam
maritus, qui permisit, oblocuti
sunt a suis in facie sustinebant
cum patientia multa, sciente
scriptum: beati qui persecu-
tionem patiuntur propter
justitiam, quam ipsorum est
regnum celorum. Ipsa vero licet
abstineret ab illicito acquisitis
omnibus tamen modis cum
pastis satisfieri procurabat.

(Caput Octavum.)

Noctibus frequenter beata Ely-
zabeth ad orationem surgere
solebat marito sepe petente ac
se affligere. Cui etiam quandoque
mamum de strata surgentis
apprehendens amicabiliter rogavit

Hunabāt conv.

+ quibus poterant

ōrōnē, alter
Analogie

qn93